



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Vers. 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

VERSUS 3.

Et locutus est eis multa in parabolis, dicens, Ecce exiit, qui seminat, seminare.

QUESTIO I.

Quid parabola?

§. 1. **P**arabola est oratio, quæ per rem similem nobis notam propositum conficit. Earum usus frequens erat Orientalibus, & præcipue cum res diuinæ explicantur. Ita Græci definiunt esse λόγον διόμοιον, καὶ γνωστὸν περὶ ἑκάστης τοῦ σκοπεύμενου σκοπεύεσθαι. Sermonem qui per similem & notam rem subiectam materiam ostendit.

Quid parabola?

§. 2. Finis parabolatum est, vel docere, vel animos mouere: Atque est quod aliunt, parabolam habere vel τὸν ἐκτρέφειν, vel τὸν σαφέναν τὴν γνώμην, vel vim efficaciamque; animorum mouendorum, vel sententiæ claræ elucidationem. Habent vero parabola quædam suas ἀποστολὰς, seu ἀνταποδοσεις, redditiones, seu applicationes, alæ solo simili constant, cum quidam sensus celatur & auditoribus inuestigandus relinquitur, vel quia facilis est ex ipsa rei natura Christus aliquando exponit, aliquando vero solius similitudinis propositione contentus est.

Finis parabolatum.

§. 3. Cur vero ad intelligentiam faciunt & morum animi parabola, rationes multæ sunt. Dum enim non nuda sententia, sed similitudine exornata profertur, magis animus eidem cogitationi insistit, ac retinetur, imaginationis adiutorio ad eandem perpendendam profectus, Vt si Enææ constantiam audiam, dicentemque Poetam:

Cur parabola sine effigies?

Mens immota manet.

Inteligo quidem cum nec precibus, nec minis immutari. Si vero addat: eum stare, vt contra fluctus

Stat Marpesia cautes.

Iam ad idem cogitandum iterum mens repellitur; idque eo vehementius, quo est aptior similitudo, & cum delectatione menti imprimit, vt magis placeat, quod dictum est. Facit etiam, vt quodammodo oculis certum res videatur, non modo audiri: itaque se habent picturarum instar similitudines, quæ animis audientium insculpunt audita. Quantum vero memoria hisce rebus adiungetur, docet ipsa ars memoriæ veritatis nota, & ab Egregio viro Lamberto Schenkelio iterum in vltimam reducta: imaginum autem effigione, & ordinatione artis illius admiranda perficitur; mirumque est, cum res ipsa facile, ac celeriter effluant, eandem tamen per imagines facultati imaginatrici ac memoriæ ita illigari, vt interdum nolentibus sese ingerant, atque alia arte obliuionis abolendæ sint.

Parabola rem imaginationis imprimunt.

Hinc ars memorandi.

§. 4. Hæc vero ratio in rerum diuinarum & sublimium explicatione necessaria est, aut sanè magna commoda habet, ad rudium animos attentione detinendos, & illustrandos. Adeo vt Dionysius Areopagita de diuinis nominibus capit. i. dicat; Non posse nobis diuina mysteria, nisi per æigmata quædam similitudinesque innotescere. Cum enim naturalem mentis nostræ potestatem, ac vires exuperent, per similitudines vtamur; percipiuntur. Itaque omnes veteris memoriæ sapientes hoc docendi genus vt plurimum vsurpabant. Qua de re confules Clemente Alex. l. 5. Stromatum. Hebræi vocantur חִדּוּשׁ Chidush, à חָדַשׁ Chud,

Parabola in rebus diuinis vtilis.

cum fratribus excipit, ac dimittit, ac tandem in litus matiore labore dicturus venit. Quid igitur Ecclesiasticis illis faciemus, qui cum amicis & cognatis dies solidos exigunt, dapes struunt, ad Dei cultum desisse tempus arbitrantur? Itaque eodem die similitudines illæ propositæ sunt. Si enim Christus cum fratribus tenere eum venientibus, & foriosum esse dictantibus, discessisset, continuo Pharisæi ad blasphemiam hoc traxissent; iam constare de mestico, certissimoque testimonio quis esset, iam agnatis commendatum. Vatem infantum esse, in Bezezebus eicere de monia. Tanto scandalo ne locus esset vltius, famam, & auctoritatem suam eodem die Dominus asseruit.

§. 2. Locus ad quem accessit, fuit litus maris, Tiberiadis, seu Genezareth, nostri rvertitur; *secus mare*, καὶ τὸν λίαν ἄκρον τοῦ ἀδὲς, seu iuxta mare. Syrus habet: *גְּבֻלַּת יַמִּי ghalad iamma, super manum seu litus maris*; nam Hebræum יָם pro spacio, locoue, ad rem, de qua agitur, accommodatè accipitur. Causa cur litus potius elegit, est quia locus auditorio erat idoneus, sensim ac molliter acclinis, vt è naui docens, facilius audiri, & conspici posset, dum remotior quisque altius stare. Omnis enim turba vers. 2. stabat in litore *בְּיָם יָם* super litus. Non igitur ad solas cathedras, & templi alligatum est verbum Dei, omni in loco, omni in coetu, in agro, in naui, in litore, miscenda sunt pia colloquia, nec priuata sacerdotum conuersatio concione arguere debet. Quis enim fructus est, si publice men à Deo acceptum vnâ horâ, priuatim zizania totâ hebdomadæ spargas?

VERSUS 2.

Et congregatae sunt ad eum turbae multae, ita vt in nauiculam ascendens sederet, & omnis turba stabat in litore.

QUESTIO I.

Cur nauiculam ascendit?

§. 1. **C**ausam Euangeliista insinuat, cum ait: ita multas turbas concurrisse vt ascendens in nauiculam sederet. Ne itaque compressu nimio impediuntur, & dicentem eliderent, nauem ingreditur, vt omnes in eum vultus velut in theatro obuersi respicerent, à tergo nemo esset. Studium potro turbæ G. æcūs textus indicat, συνέχων, significat enim studiose conuenisse, & à se ipsis coartas; quod exprimit Syrus, *וְהָיָה כִּי יֵשֶׁבֶת בְּהַנְּאֻשָּׁה, & congregauerunt se*; itaque tam sollicitè concurrentes docere statuit; & libero à turbis loco confedit. Sic Chrysost. Theophyl. Maldonat. Vincentius, alii. Nec aliud hic occurrit, nisi quod Syrus, qui supra dixit, Iesum sedisse super manum maris, hic turbam dicatur stetit, super litus *בְּיָם יָם* super quod est litus, terminus, portus; etiam agnationem habet cum literis, & dictione idem verbum. Vtinam hodie ad audiendum vel in summa locorum commoditate venirent, memores in suis pastoribus hodie etiam Christum loqui.

Quamvis autem non omnes fides, charitasque, sed alior curiositas, nouitas, cupido miraculorum, nonnullos inuidia, studiumque cuncta carpendi attraxerit, Christus tamen omnibus diuinam doctrinam impertitur.

Parabolae
get ingenio.

Chud, quod est enigmatice loqui, multi formant à
parabola ingeniosam rerum collationem exhibet,
quâ causâ præcipue delectat. Iudicum 14. vers. 16.
Ezech. 17. vers. 2. Habacuc 2. vers. 6. Psalm. 78. vers. 2.
est enigma, seu problema, quod quid sit intelligitur,
non quid significet. Quid sit, de vorace exire cibum, &
de forti dulcedinem, omnes intelligebant; at de ore ca-
tuli Leonini à Sampson occisi acceptum fauam mel-
lis, nemo coniscere potuit. Hoc nomen tamen Sy-
rus non habet vocem à *ܡܠܟܐ* deductam, sed *ܡܠܟܐ*
Bephelatha, quod velesta *ܡܠܟܐ* est, explicuit, vel à *ܡܠܟܐ*
quod significat miraculum. Admiranda est in ido-
neis parabolis ingenii, prudentiaeque lux; ideoque
& efficientia, vt expofui. Quare vsus apud Hispanos,
Italosque obtinuit, vt parabolam pro omni verbo u-
surpent; Inde enim Italorum Parola, & Hispanorum
Palabra, teste Maldonado & Vincentio nostro. O-
mnes porro allegoriam habent Parabolae, & enigma-
ta. Nonnus ait Christum loqui *ܡܠܟܐ*, hoc est,
allegoricè. & Luca 4. vers. 23. Parabola dicitur Pro-
uerbium infigne dictum, seu *ܡܠܟܐ* Maschal, quod ta-
men etiam eo loco allegoriam habet. vbicunque ve-
ro est allegoria, ibi etiam est collatio, vel expressa, aut
certè in mente recondita. Interim plerumque indi-
gent explicatione, sunt enim, vt ait Nonnus in Ioan.
cap. 16.

Vfus para-
bolarum.

Olim in Phi-
lophosia v-
tim ob compen-
ditâ para-
bola.

Parabola
obscurita-
tem recon-
ditâ scien-
tiâ compen-
sat.

Parabola
species Pro-
phetia.

Asciatipa-
rabolas de-
lectati.

Ὅρα καὶ λόγος ἐστὶν ἐν τῇς ὁμιλίαις τῶν ἁγίων.
Mysteria obliqua verborum, aliene vocis agentia.
Iam quidem, cum plurima apprimè sint nota, explica-
tione non indigent. Interim vim suam in sacris reti-
nent: olim in profanis etiam vsitata fuerunt. Aristot-
eles apud Synesium perisse dolet. Paremiam, ait, esse
nihil aliud, quam reliquias illius veteris Philosophiae, maximis
humanarum rerum cladibus extinctae: easque seruatas esse par-
tem ob compendium breuitatemque, partim ob festiuitatem &
leporum: ideoque nec sequebatur, nec ostentabat. sed presens atque
penitus inspicendus: subesse enim velut igniculos quosdam ve-
tusta sapientiae, quae in peruestiganda veritate multo fuerit per-
spicacior, quam posteriores Philosophi fuerunt. Veteri igi-
tur more vbique Parabolarum maximus vsus semper
fuit.

§. 5. Basilius duo parabolae tribuit, obscuritatem
moderatam, & reconditam sapientiam, *Λόγος*, inquit,
ὁ φέρεται μὴ ὁ ἀποκαλύπτει μετέλλας ἐν δόξῃ καὶ ὁ πολὺ
μὴ τὸ αὐτὸν ἡγεῖται ὡς ἐκείνων. πολλὰ δὲ καὶ ἐν τῷ βί-
βλῳ τῶν Ἀποστόλων συγκαταλέγονται. Sermo vtilis moderata cum
obscuritate editus, multum quidem per se vtilitatis conti-
nens, multum verò etiam in recessu intelligentia recon-
dens.

Hoc communis Graecorum definitio indicat.
παροιμία ἐστὶ λόγος ἀποκαλύπτων τὸ σὺν τῇ δόξῃ φέρεται. Pa-
remia seu parabola est sc. mo id quod clarum est, ob-
scuritate tegens: non frustra tamen in sacris, sed
vt veritas diligentibus eam, & studiosis pateat, pot-
cos, & canes celetur, vt docet Rupert. lib. 9. in Io-
annem. Clarum enim veritatem ludibrio habituri e-
rant, quemadmodum porci Margaritas.

§. 6. Clemens Alexandrinus lib. 6. Strom. Para-
bolam facit speciem Prophetiae *καὶ τὴν βασιλικὴν φιλο-
σοφίαν*, secundum barbaram Philosophiam, sic vocat
Syrorum, & Palaestinarum sapientiam. De hisce vide
Polydorum, Manutium, Erasmus, Petrum Gasium
Galatzam, lib. 2. institut. Euangel. cap. 18. Salmeroni
7. vers. 7. tract. 1. aliosque. Quid Parabola, paremia,
Pronerbiū, ad id u. enigma, apologus, differant, a-
lios consule. Exigua est, si rem pectes differentia: in
modo ferè omnia posita sunt.

Parabolas olim in rebus admodum magnis & seriis
vsurpatas exemplo est Ioatham Iudicum 9. Apolo-
gum enim de lignis Regem vngentibus Suidas vocat

ὁ βασιλεὺς, & ἀπολογία. & 4. Regum 14. Ioas Rex Is-
rael. Quod si Reges & Principes in re vrgente, & pu-
blica id fecerunt, non dubium id vbique vitarum
fuisse. Maxime admiror apologum Ioatham, cui
vix superesse tempus videbatur, vt scelera breuissime
fugituros inimicis exprobraret. Veterum in hac re
sum etiam habemus apud profanos, Socrates Aelopi
fabulas edidit, & versibus astrinxit. Plato in Pha-
dro. Vide Arist. lib. 2. Rhetor. de Stesichoro. Pla-
tarchum in vita Demosthenis. Hieronym. Epistol. ad
Saluinam & Marcellam, Augustin. lib. 2. contra Aca-
demicos Basil. Epistol. 80. Quint. lib. 1. cap. 14. Lu-
therus fabularum veterum nimis amator, admi-
torque & auctor nouarum, Symposiacorum auda-
cio, pag. 464. *Quantum iudicare ac intelligere possum, non
habentur proxime post Biblia libri vlli meliores quam sint Ca-
tonis scripta, & fabulae Aelopi. Meliora sunt enim scripta ista,
quam omnium Philosophorum & Iuristarum lacerata senen-
tia.* Ita ille symbolice mentiens.

VERSUS 3. 4.

Ecce exiit, qui seminat seminare. Et
dum seminat, quaedam ceciderunt
secus viam, & venerunt volucres
caeli, & comederunt ea.
§ 19. Omnis qui audit verbum re-
gni & non intelligit, venit malus
& rapit, quod seminatum est in
corde eius: hic est qui secus viam
seminatus est.

QUESTIO I.

An recte noster verterit secus viam?

§. 1. **E**Xiguū est, quod negligi posset, & forte de
beret, nisi docendi essent illi, qui se solos
eruditionis culmen conscendisse arbitrantur, sibi que
ab orbe deferendum

Submissis fascibus imperium.

Verbum Secus peregrinitatis accusant, nec in vicina
quidem relegant, sed Gothicum, Sarmaticum, aut his
al. quod magis barbarum genus eius esse iactant. Vi-
deo ea causa recentiores nouatores abstinere illius vsu,
& vbi illo vsus est vetus interpret, substituere, iuxta
aut simile: Erasmus tamen ciuitati restituit, quod re-
stem ciuilitatis habeat Donatum.

[Neque videri, inquit, potest vox ab interprete con-
ficta, qua tam frequenter vtitur. Vfus est ea Plinius
lib. 24. cap. 15. Chameleucen, inquit, apud nos far-
ranum siue farfugium vocant: nascitur secus fluitios,
folio populi. Quintilian. 1. Inst. 8. c. 2. tractans de
ad eia uoluntatem, hoc adducit exemplum, Conducitur est
ecceus, secus viam stare. Nec dubito quin al. is com-
pluribus locis inueniri possit. Si quis velit esse moro-
sior, fortasse canfabitur aliquis, non perinde apud di-
ci, Sedet secus viam, ac Nascitur secus fluitios, aut Pa-
scitur secus ripam, quod in his imaginemur eon mo-
tum quendam rei sequentis. Nam apparet, secus & se-
cundū habere cognationem cum verbo, sequor. Itaque
de herba rectius dici, nascitur secus fluitios, quemad-
modum salices secus ripam, quod in his intelligatur
series quaedam. De vno homine sedente non item.]

Ita

Euangelio dignos, neque commodat se Deo vas honorificum vñbus sanctis accommodum, id quidem non inde est, quod nullam accepit à Domino gratiam: Habet enim etiam ipse suum donum: verum ut non agnoscat suam felicitatem, ita non augeat, non accommodat intellectum & voluntatem suam vñbus Dei: ergo quod habet habentis ignavia turpi dilabitur, dicente Domino qui non habet, etiam iud quod habet auf. retur ab eo. At vbi sublata ex lux, ibi regnant tenebræ & excecatio.]

Apparet itaque quantum etiam suorum iudicio diuinæ bonitatis & gratiæ decretis rep. gnet eorum blasphemiam, qui Deo causam, cur non intelligant, transcribere solent. Verum de insequentibus plura textu exigente dicenda sunt.

QVÆSTIO III.

Quæ sint volucres celi?

Quæ volucres?

§. 1. **Q**uia regi semen fouerique non potuit, in prædam cessit volucris: sunt autem circa vias plurimum aliquæ volucres, quæ granis vñ scuntur. Volucrem vero Christus appellat πον πον. δν malum illum: seu Satanam, hoc est, auem scdam, rapacem, harpyam, & qualem Aristoph. describit, πον πον. δν ἀρχυλοχέλην, Grypaquilam aduncorostam.

Volucres sunt demones potestates aeris humani.

Volucres cogitationes.

Demon cogitationibus malis pellit bonas.

Facilis est aduersum demones defensio.

Comparantur volucris demones, quia sunt potestates & Principes aeris huius, quemadmodum veræ aues in eo dominium, habitationem sortitæ sunt. Vide Ephes. 6. vers. 12. Alii malas cogitationes, quæ turmatim animas perditorum hominum inuolant, affectuque rapiunt, & suggestiones, impulsusque sancti Spiritus, & oblatam gratiam expellant; nam vere rapiunt de corde eius, ut cum diuina aliqua cogitatio, motioque animum infederit, continuo secleratis cupiditatum agitationibus obruatur, perinde ac si guttulam aquæ in grande incendium inieceris. Cogitationes igitur sunt, quibus Gryphus ille infernalis semen obruit, ille tamen auctor est, qui dicitur πον πον. δν malus, qui aër peruolans in superficie duri cordis positum semen facile eripit. Quare extrema impiorum incuria, ac oliscantia cernitur: non enim ab hominibus, aut porcis, ne aliis quidem beluis eripi thesaurum dicit Spiritus sanctus, sed à volucris, quorum natura imbecillis, & meticulosa est, quæque sonitu facile abigantur: Itaque vix aues volentibus quicquid de manu eripiunt, nisi mansuetæ, & ad hoc condocæfactæ; demonum quidem magna est potestas, sed quæ in aere euanescat, si gratia Dei cooperatus obstitas. non enim premit Imperio nisi consentientes. Ingratissimam itaque hominum prauitatem castigat, qui gratiam diuinitus ita contemptim habent, exponunt ludibrio, ac ad vias prostituunt, ut etiam aibus prædæ sit.

QVÆSTIO IV.

An demones aërea animalia, quia volucres dicuntur?

Demon multiplices.

§. 1. **P**sellus lib. de demonibus, in lena genera eos diuidit, ratione locorum in quibus degunt, & affectus locis suis, & elementis congruos habere existimant; Igneos, aëreos, terreos, aquatiles, subterraneos, quos in puteis & metallicis hæere putat, demum Lucifugos, quos longè degere sub terra ait, & frigore nocentissimos. Non est quidem obscurum omnibus illis in locis demones esse; non tamen ve-

rum locorum affectionibus, & naturis eos delectari cum sint mentes sine corpore, quas proinde nec delectare corporum actiones, nec molestare possunt: in aere tamen ut plurimum versantur, quia locus aptus est ad nocendum; ideo dicuntur esse in caliginebus, hoc est, aeris regione, quam ab causam aibus comparantur. Non esse corporeos Genes. 6. & Tob. 3. ostendi. Porro notandum est demonem dici malum, totumque cum suo Principe aëreorum potentium corpus esse πον πον. δν improbum, truculentum homini inimicum. Quamuis enim nonnulli prodesset interdum videntur, aut ioculares esse; ut quos Giteolos appellant Germani, qui domi operari, in metallis apparere solent, de quibus Georgius Agricola de ar. imantibus subterraneis, est tamen simillatissima illa mansuetudo, odium & immanitas tegitur, ut nocere valeat. Itaque quod Cassianus ait, Col. lat. 7. vers. 32. Nonnullos immundorum spirituum (quos etiam Faunos vulgus appellat) ita seductores, & ioculares esse manifestum est; ut certa quadam loca, seu vias ingerit obidentes, nequaquam tormentis eorum, quos prætereuntes præterierint decipere, delectentur: sed seris tantummodo illusionis contenti, fatigare eos potius studeant, quam nocere: Alios ita esse furoribus ac truculentia deditos esse manifestum, ut non sint contenti hominum tantummodo corpora, quos supplicuerint, atroci dilaceratione vexare; sed etiam irrumpere super eminus transeuntes, & affligere illos sauisima cade festinent.

Hoc inquam falsum est, si de eo quod sunt, non quod videntur, loquitur. Omnes infesti sunt, cruciatibusque hominum delectantur. Nulla inducia, nulla pax, vbi nec inuidiæ, nec odii modus villus, aut finis.

*Gliscit atrox, animisque furentibus iras
Nutrit, nec damni hominum exatur ata quiescit*

Illa belua. Neque aliquos inter eos esse miserostantur dicendum est, non malos. omnes damnati sunt. Qui inferiorum ordinum sunt, minus peccarunt, sed illi tamen præcipue in hoc aere versati videntur. Quæ de re Petrus Tyreus noster lib. de terrificationibus nocturnis. cap. 7.

QVÆSTIO V.

Cur seminaris vbi sciebat infructuosum fore?

§. 1. **A**gricola nec ad vias, nec in petra, nec inter spinas lubens volens seminare solet. Cum vero hic seminaris sit Deus, qui in creatione rationem, & liberum arbitrium dedit, ut ait Athanasius de semine, non ignorauit verbi semen mori aut de via rapiendum, aut in petra exurendum, aut spinis suffocandum. Cur igitur seuit?

Respondet S. Chrysostomus in hunc locum. ut charitatem curamque suam ostenderet. Potest enim nimis homo cum terra sit libera, Dei gratia noualia non uare, & ex sterili fertile solum efficere, si diligenter graueret, occeret, lolla exstirperet.

Non dissimilem rationem nobis adfert S. Ambrosius lib. de Paradiso capite octauo. par enim ratio est, eius, quod proposuit; cur Primis parentibus legem tulcrit, quam prauidebat violaturos? Nempe viros & paternum affectum ostenderet. Cum enim Deus omnia futura prauideat, id quoque, quod quisque liberè facturus est, prænouit, nec ideo continere gratiam suam debet, quia videri reiectum ini. Sed offerre, ut certo constet ex se non esse exitium, sed ab eo

homo, qui gratiam contempsit. Deus autem cum liberam, & ingenuam à creatura seruitutem exigit, & bene & male agendi potestatem largiri debuit. Nec peccando culpam cogit eam peccare, sicut neque homo videndo currente sua vilione eum cogit currere, vti insigni comparatione S. Augustinus ostendit. Vt vero posset semen amplecti, & fouere, dedit, quod latere erat, impudentis autem est querela, nolle contentum esse.

Tertull. libro secundo contra Marcionem capite 7. Si homini permiserat arbitrij libertatem & potestatem, & digne permiserat, sicut ostendimus, vti que fruendas eas ex ipsa institutione auctoritate permiserat, fruendas autem quantum in ipso, secundum ipsum, id est, secundum Deum, id est in bonum. Quis enim aduersus sepermittit aliquid: quantum vero in homine, secundum motus libertatis ipsius. Quis enim non hoc prestat ei cui quid semel suspensum est, ut pro animo & arbitrio suo fruatur? Igitur consequens erat ut Deus concederet à libertate, semel concessa homini, id est & concederet in semetipso & prescientiam & prepotentiam suam, per quam intercessisse potuisset, quo minus homo male libertate sua sui agere in periculum haberetur. Si enim intercessisset, rescidisset arbitrij libertatem, quam ratione & bonitate permiserat. Denique puta intercessisse, rescidissetque illum arbitrij libertatem, dum reuocat ab arbitrio, dum ipsum circumscriptorem colubum à congressu femina arceat, nonne exclamaret Marcion: O Dominum fidelem, instabilem, infidelem, rescidentem quæ instituit? Cur permiserat liberum arbitrium, si intercedit cur intercedit si permiserat? Eligat vbi semetipsum erroris notat, in institutione an in rescissione. Nonne tunc magis deceptus ex improscientia futuri videretur, cum obstitisset? & quod quasi ignorans quomodo euasurum esset indulgerat, deinde quæ non discreti sed ceteri præsiderat male hominem institutione sua. Vt sursum, quid tam dignum Deo; quam gratias, quam fides institutionum quatuorcuque? Videret homo, si non bene deprecasset, quod bene acceperat, ipse legi reus fuisset, cui obsequi voluisset, non ut legi legi ipse suam legem faceret non legem prescriptum eius impleri. Hac dignissime peroraturus in creatorem, si libero arbitrio homini ex providentia & patientia, quas exigi obstitisset, nunc tibi insurrexerit pro creatura, & gratiam, & patientiam & fidem, institutionibus suis iustis & rationalibus & bonis. Neque enim ad viuendum solummodo produxerit hominem, ut non ad recte viuendum, sed & scilicet Dei legemque eius. Igitur viuere quidem illi preceperat, factio in animam vitam; recte vero viuere demandat, admonito in legi obsequium. Ita non in mortem institutum hominem probat, qui nunc cupit in vitam restituatur: malus peccator penitentiam quam mortem. Igitur sic Deus homini vita statum induxit, ita homo sibi mortis statum attraxit.

Multo vero maius hinc coniectandum est Deum Deum preuoluisse, eorum quos male acturos vidit, peccata. ut videtur, non Augustinus ad art. falso sibi impositos art. 10. Non carum peccatum, nec malignitatem iniquorum, neque cupiditatem peccantium prædestinatio Dei aut excitauit, aut suavit, aut impulit: sed plane prædestinavit iudicium suum, quo vnicuique retribuitur ut prout gessit, siue bonum, siue malum. Quod iudicium futurum omnino non esset, si homines Dei voluntate peccarent. Erit autem manifestissimum. Et omnis homo quem discretio diuina scientia in sinistra constituerit pariter damnabitur: quia non Dei, sed suam executus est voluntatem.

Ecce. II. Si diabolo obiceretur, quod talium facinororum ipse auctor, ipse esset inceptor, puto quod aliqua ratione exonerare se hac posset inuidia, & talium scelerum patratorem de ipsorum voluntate vinceret: quia etsi delectatus est furore peccantium, probaret tamen se non intulisse vim criminum. Quæ ergo insipientia, quæ dementia definitur ad Dei reprobationem esse confitum, quod nec diabolo in totum ascribi possit, qui in peccantium flagitiis illecebrarum adiutor, non vobis Adams. in Euang. Tom. I.

luntatum credendus est esse nerator? Nihil ergo talium negotiorum Deus prædestinavit ut fieret: nec illam animam nequiter, turpiterque victuram, ad hoc, ut taliter viveret, præparauit: sed talem futuram non ignorauit. & de tali iuste se iudicaturum præsciuit. Atque ita ad prædestinationem eius nihil aliud refferri potest, nisi quod aut ad debitam iustitiæ retributionem, aut ad indebitam pertinet gratiæ largitatem.

Non tamen humana contra Deum insurgere cessat audacia. Cur me fecisti mutabilem? cur non hoc eorum quægisti, ut certo ac inuolabiliter legem obseruarent? rela. Ecce reum peragit Deum, diuinæ legis violator. Deus bonitatis & sapientiæ suæ imaginem fecit, Angelos, Homines & homines, intelligentia, & libero voluntatis arbitrio utrosque donauit, ut non bruta necessitate, sed est, non prudenti caritate creatori seruirent. Et si vellent, recedere possent, si enim male agere non possent, vitari criminis laudem non haberent. Prudenter hac de insigni stoicis Caluiniani oppugnator, quem, si viuere potuisset, non dubito ad antiquam veritatem accessurum fuisse, in collat. contra Iunium.

[Sapientia fuit, quod has ipsas species imagine "Quid sua prædicas cum alijs tam multis condidit, & supra "loqualia; ut perfectissimum suæ gloriæ speculum, quoad "tur opus eius in rebus creatis fieri potuit, existeret. Sed cur fecit "factori citiusmodi libertate mutabili? Nempe imaginem "suo, suam fecit, non seipsum. Vnica est essentialis imago "Dei patris, Dominus Iesus Christus, Deus vnus, & "Omnis ternus & immutabilis cum Patre & spiritu Sancto. "creatura Quisquis es qui hoc obijcis, audis serpentem insu- "ex se est surrantem tibi, quod Eua occinuit olim in perniciem "mutabi- nostram. Satis esto tibi, quod factus es ad imaginem "lis. Dei, non perfectionem diuinam habens, sed perfe- "tionis illius imaginem. Perfectionis diuinæ est pro- "pria immutabilitas. Hanc Deus natura habet: crea- "tura imaginem illius habuit communicatione qua- "dam à Deo penes se depositam penes voluntatem "suam: sed obiecti voluntate propria, quicunque lapsus "est, siue Angelus, siue homo. Ne plura, tota hæc qua- "stio à Marcione est, quam totam copiosissimè ac neruosisimè Tertullianus bona parte I. 2. aduersus Mar- "cionem pertractatus est, inde à cap. 5. cuius lectio, tibi confido, satis actuta est.] Hæc professor Lugdunen- "sis in Barauia.

VERSUS 5.6.

Alia autem ceciderunt in petrosa, ubi non habebant terram multam: & continuo exorta sunt, quia non habebant altitudinem terra. Sole autem orto astuauerunt: & quia non habebant radicem; aruerunt.

QUESTIO I.

Quodnam cecidit in petrosa?

S. i. Seminum, quæ ceciderunt in petrosa ista narrantur. Non habent terram multam. Deinde terra cum ideo exorta sunt continuo. Tertio sole orto astuauerunt. Quarto, quia non habuerunt radicem, aruerunt. Comparationem Christus proponit. Primo estur. se eos qui verbum audiunt, nec modo audiunt, sed cum gaudio accipiunt, quo à prioribus differunt. Itaque hic semine manet, & exoritur & fructus, quod cōuenit & terra nascen-